

CLANGOR

solo igne ex primordiali principio vniuersorū, & fouentur in mēte & potentia creatoris vsq; ad p̄finitum tempus, quando infundi debent corpori nouo, tanq; materiae p̄iacenti, & hoc per mediū quod est spiritus infundunt corpori, Et a corpore non recedunt, nisi spiritus prius recesserit & euauerit, quo recesso & euanito, recedit & anima, licet theologi dicant quod anima corpori infunditur, & infundēdo creatur. Et deus delectatur in hoc quod quotidie nouas creat animas, & hoc ex prima materia. Iterum creauit deus cœlum ex aqua & aere. Cœlum quoq; ex duobus est compositum, ex altero rariorum scilicet ex aere, & ex altero densiorum scilicet aqua. Et ex tribus scilicet elementis creauit Deus volatilia, bruta animalia ac vegetabilia. Vñ volatilia ex igne & aere & aqua creata sunt, eo quod volatilia, & omnia spiritum habentia in vegetabilibus ex aere, aqua, & terra creata sunt, vegetabilibus tamen nihil ignis materia est. In uegitabilibus ignis elementum in aeris calore absconditus, solum inest. Ignis autem spissus non inest nisi spiritum & animam habentibus. Ex quatuor autem elementis pater noster Adam & filij eius, ex igne, aere, aqua, simul & terra creati sunt. Et omne quod ex vna creauit deus essentia non moritur, nisi in die iudicij. Mortis enim diffinitio est compositi disiunctio. Incompositi autem
nul

*Quid sit
mors.*